



**Praxis Iurispatronatus Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;
ac amittendi modos breuiter continens**

Viviani, Giuliano

Romae, 1620

Cap. 3. Ius instituendi potest competere etiam Prælatis inferioribus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

226 Pars II. Lib. XII. Cap. II.

7. clesia † patronata sit in con-
finibus duarum Dioecesum,
Episcopus ille instituet, co-
ram quo facta fuit præsen-
tatio, supra dictum est in libro
octauo. cap. 8. Verum si Pa-
8. pat deleget alicui, vt ad præ-
sentationem eius, quem esse
patronum nouerit ordinet ec-
clesiam, talis Delegatus non
poterit præsentatum institue-
re, sed tantum debebit de-
clarare, vt instituat ille, qui
habet auctoritatem instituen-
di; ita habetur in cap. super
eo. de offic. delegat. Rocch.
de Curte, de iurepatronat. in
verbo competens. quæst. 33.
Ideoque talis delegatus po-
test mandare habenti insti-
tuere, vt instituat, & ordinet
ecclesiam, & vide Barbatiam
in dicto cap. super eo. col. 7.

& ibi Innoc. Abb. & alios di-
centes talem delegatum pos-
se instituere si consentiat ha-
bens ius instituendi, vel non
contradicat: sed contra di-
ctum text. in dicto cap. super
eo, opponitur de text. in Cle-
ment. auditor de rescript. vbi
habetur, quod quando com-
mittitur † alicui cause bene-
ficialis cognitio, committitur
& collatio, ergo & institutio.
Ad obiectum dicas dictam
Clement. auditor, loqui tan-
tum in collatione: non in in-
stitutione, & non corrigere
text. in dicto cap. super eo. ita
Abb. in dicto cap. super eo,
& Cardin. in dicta Clement.
auditor: & de his late Lam-
bertin. de iurepatronat. lib. 2.
parte 3. quæstione 1. articu-
lo nono.

C A P V T T E R T I V M.

Ius instituendi potest competere etiam Prælatis
inferioribus.

S V M M A R I V M.

1. Ius instituendi potest com-
petere etiam Inferiori.

2. *Institutio auctorizabilis an-*
possit competere Inferiori, du-
bium est.

3. *De-*



- 3 Deuolutio fit ad habentem
instituere, si patronus non
præsentauit, vel præsentauit
indignum.
- 4 Capitulum Pisanum habet
institutionem certorum benefi-
ciorum.
- 5 Concil.Trident. Seß.14. de
reform. cap. 12. ubi bodie fa-
cultas instituendi Episcopo tan-
tum reseruari debet.
- 6 Patronus secundum ius te-
netur præsentare coram Epi-
scopo.
- 7 Laicus potest instituere ex
Papæ priuilegio.
- 8 Vel ex consuetudine, seu ex
præscriptione.
- 9 Patronus potest ad tempus
clericum ponere, & deponere
cum consensu Episcopi.
- 10 Laicus non potest destituue-
re, etiam si possit instituere.
- 11 Inferior habens ius insti-
tuendi non habet ius desti-
tuendi.
- 12 Capitulum Pisanum habet
ius instituendi, & destituendi.
- 13 Religiosi si fiant patroni,
attamen non poterunt insti-
tuere.
- 14 Abbas habens Ecclesias si
bi pleno iure subiectas, in eis
habet etiam ius instituendi.
- 15 Institutio ad quos pertineat
- regulariter.
- 16 Institutio ibi cadit, ubi ca-
dit præsentatio.
- 1 Vs † instituendi potest cō-
petere etiam inferioribus
Prælatis ex causa speciali, nē-
pe ex priuilegio, ex præscri-
ptione, seu ex consuetudine.
cap. 2. & cap. 3. de institut.
Cardin. in cap. cum venis-
tent. de institut. sed † institu-
tio auctorabilis, per quam
tribuitur potestas exercendi
curam, an possit spectare ad
Inferiorem Episcopo, nisi Epi-
scopi accedat assensus, du-
biū est, vt notatur in cap.
cum satis de offic. Archid. Et
3 ad talem habentem † ius insti-
tuendi, etiamsi sit inferior
fit deuolutio prouisionis, si
patronus non præsentauit, vel
indignum scienter præsenta-
uit: quæ institutio potest per-
tinere ad Inferiorem ex di-
spositione Fundatoris; quia
in limine fundationis cum
Episcopi consensu sit reserua-
ta institutio Inferiori. Abb. in
cap. nobis. de iurepatronat.
tradit Lambertin. de iurepa-
tronat. lib. 2. par. 3. quæst. 1.
4 art. 10. & ad † Pisanum Ca-
pitulum multorum beneficio.

P 2 rum

228 Pars II.Lib.XII.Cap.III.

- rum spectat institutio, & adueniente vacatione instituit.
- 5 Hodie autem † ex dispositio-ne Concil. Trident. Sess. 14. de reform. cap. 12. huiusmo-di institutio Episcopo, & non alteri Inferiori reseruari debet, & ibidem cap. 15. ha-betur, quod patronus † cef-sante priuilegio tenetur Epi-scopo præsentare, ad quem institutio iure pertinet, alias præsentatio ac institutio nul-læ sint, ac esse intelligentur : & in praxi in beneficijs de-nouo fundatis vidi seruari plu-ries : semper enim eorum in-stitutio Illustrissimo Archie-piscopo Pisano fuit reseruata.
- 7 Notandum † est etiam, quod etiam laico potest ac-quiri ius instituendi ex priuilegio Papæ. Cardin. in cap. nobis. §. cæterum. quæst. 6. de iurepatronat. Lambertin. vbi supra art. 11. Quod ius † ac-quiri potest laico ex consue-tudine etiam, seu præscriptio-ne temporis immemorabilis, si fuerit per Papam approba-ta. Cardin. & Doctor. in cap. præterea il primo, de iurepa-tronat. Lambertin. vbi supra art. 12. Et ad patronum po-test † spectare presbyterum
- ad tempus ponere, & depo-nere, si retinuit dominium, & custodiam rerum donata-rum ecclesiæ, vel hospitali de-consensu Episcopi. Io. Andr. in cap. de monachis. col. 2. de præb. & ibi Card. quæst. 6. & Abb. quod procedit tantum in patrono ecclesiastico. di-cto cap. de monachis, & Car-din. in Clement. prima de-supplen. neglig. Præl. Et da-to, † quod laicus habeat ius instituendi, non tamen habe-bit ius destituendi. Et si Præ-latus inferior habeat ius in-stituendi, non habet tamen ius † destituendi, nisi & hoc ius habeat ex Papæ priuile-gio . Lambertin. vbi supra art. 14. Et Capitulum † Pisa-num non solum habet ius in-stituendi, verum etiam ab an-tiquissimo tempore habet ius destituendi. Verum potest lai-cus instituere improprie, idest ordinare Priorem, seu Präfe-tum in Collegio laicali; sed talis non est institutio, de-qua nos loquimur, vt dicit Lambertin. vbi supra art. 15.
- 13 Insuper † sciendū est, quod si aliquo legitimo titulo ad Religiosos, & Regulares ex-e-ptos peruererit iuspatrona-tus,

tus, non tamen ad eos transiuit ius instituendi : ita habetur in cap. cum seculum . de iurepatronat. & ibi Card. Sed Episcopus instituet siue alius inferior habens ius instituendi, ad notata per Cardin. in dicto cap. de Monachis. quæst. 7.& per Lamber. 14vbi supra. artic. 16. Si vero † Abbas habeat alias ecclesias sibi pleno iure subiectas, in eis habebit etiam ius instituendi. cap. in Lateranen. &

ibi Doctor. de præben. Et ad 15 quos regulariter † pertineat institutio, vide Hostiens. in sua summa in tit. de institut. in vers. quis possit instituere, & in tit. de offic. Ordinarij. S. quid pertinet. & Dinum , Ancharan. & Ioan. Andr. in cap. primo de reguliur.lib.6. 16 Quæ institutio † regulariter ibi cadit, vbi cadit patroni præsentatio, quæ præsentatio vbi locum habeat, late supra dictum est.

C A P V T Q V A R T V M.

Institutio debet fieri post præsentationem seruata forma Iuris.

S V M M A R I V M .

- 1 Institutio fieri non potest antequam fiat præsentatio.
- 2 Et si ante fieret, per superuenientem præsentationem conuideretur.
- 1 **I**nstitutio fieri non potest antequam fiat præsentatio, præfertim cum ante institutionem seruanda sit for-
Praxis iurispatron.

ma text. in cap. vltimo. de elect. lib. 6. Requisita ad institutionem obtinēdam, sunt, vacatio beneficij, existentia iurispatronatus, habilitas præsentati, & præsentatio facta in tempore. vide Farinac. parte secunda, tomo primo. Decif. 337. num. 1. quod si ante † præsentationem fieret institutio, & postea subsequeretur præsentatio, conuali-

P 3 dare-